

CHRISTIANVS HIPPARIUS THEOLOGVS.



Christianus natus est apud Belgas anno 1519. Is post artium & linguarum studia percepta sacris literis operam dedit, inq̄ Theologie Doctorem evasit. Huic eruditioni uitæ integritatem & raram eloquentiam coniunxerat. Itaq̄ Moguntiæ ad S. Quintinum parochus constituitur. In eo loco officio suo egregiè functus est, atque in primis hominum uitia acriter reprehendit. quin & Iacobi Scepperi opus in uernaculam transtulit, atq̄ suis laboribus patriæ prodesse studuit. Cum autem anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto sæuissima pestis Moguntiæ oriaretur, atq̄ Christianus ea lue correptos ratione officij uisitaret, & ad mortem animaret, ipse quoq̄ circa autumnum eadem peste corripitur & absimitur, anno etatis 45. Itaq̄ multorum luctu cum alijs in eodem loco sepulturæ fuit traditus. Anon.